prædicáre. Qui et vir justus, a te Deíparæ Vírgini Sponsus est datus: et fidélis servus ac prudens, super Famíliam tuam est constitútus: ut Unigénitum tuum, Sancti Spíritus obumbratióne concéptum, patérna vice custodíret, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

#### **COMMUNION Matthew 1: 20**

Joseph, fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. (in Paschal time: Allelúja.)

### **POSTCOMMUNION**

Adésto nobis, quæsumus, miséricors Deus: et, intercedénte pro nobis beáto Joseph Confessóre, tua circa nos propitiátus dona custódi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

# Lenten Feria: Tuesday of 5<sup>th</sup> week

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut, quæ divína sunt, jugiter exsequéntes, donis mereámur cæléstibus propinquáre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

proclaim Thee on the Feast of blessed Joseph; who being a just man, was given by Thee as Spouse to the Virgin Mother of God, and, as a faithful and prudent servant, was set over Thy Family, that with fatherly care he might guard Thine only-begotten Son, conceived by the overshadowing of the Holy Ghost, even Jesus Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Joseph, son of David, fear not to take unto thee Mary thy wife: for that which is born in her is of the Holy Ghost. (*in Paschal time:* Alleluia.)

Stand by us, we beseech Thee, O merciful God, and by the intercession of blessed Joseph the Confessor, mercifully preserve Thy gifts within us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that, ever following those things which are divine, we may be worthy to approach heavenly gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

## MASS PROPER: MARCH 19, ST. JOSEPH, SPOUSE OF THE BVM

MASS Justus ut palma (white)

(If the feast of St. Joseph falls on Passion Sunday, it is celebrated on the subsequent Monday. If it falls during Holy Week, it is celebrated on the Wednesday after Low Sunday in Paschal time.)

#### INTROIT Psalms 91: 13-14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. (*in Paschal time*: Allelúja, allelúja.) (Ps 91: 2) Bonum est confiteri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. (*in Paschal time*: Allelúja, allelúja.)

#### **COLLECT**

Sanctíssimæ Genetrícis tuæ Sponsi, quæsumus. Dómine, méritis adjuvémur: ut, quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Lenten Feria: Tuesday of 5<sup>th</sup> week

Nostra tibi, Dómine, quæsumus, sint accepta jejúnia: quæ nos et expiándo grátia tua dignos effíciant; et ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

# **LESSON Ecclesiasticus 45: 1-6**

Diléctus Deo et homínibus, cujus memória in benedictióne est. Símilem

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. (in Paschal time: Allelúia, allelúia.) (Ps 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. (in Paschal time: Alleluia, alleluia.)

We beseech Thee, O Lord, that we may be helped by the merits of the Spouse of Thy most holy Mother: so that what we cannot obtain of ourselves, may be given to us through his intercession: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We beseech Thee, O Lord, may our fasts be acceptable to Thee; may they atone for our sins, make us worthy of Thy grace, and lead us to eternal remedies. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Beloved of God and men, whose memory is in benediction. He made

illum fecit in glória sanctórum, et magnificávit eum in timóre inimicórum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et jussit illi coram pópulo suo, et osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne. Audívit enim eum et vocem ipsíus, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcépta, et legem vitæ et disciplínæ.

(In Paschal time, the Gradual and Tract are replaced by the Greater Alleluia.)

#### **GRADUAL Psalms 20: 4-5**

Dómine, prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. Vitam pétiit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi.

#### **TRACT Psalms 111: 1-3**

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. Glória et divítiæ in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

### **GREATER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluja. Justus germinabit sicut lilium: et florebit in æternum ante Dominum. Allelúja.

#### **GOSPEL Matthew 1: 18-21**

Cum esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Joseph autem, vir ejus, cum esset justus et nollet eam tradúcere, him like the Saints in glory, and magnified him in the fear of his enemies, and with his words he made prodigies to cease. He glorified him in the sight of kings, and gave him commandments in the sight of his people, and showed him His glory. He sanctified him in his faith and meekness, and chose him out of all flesh. For He heard him and his voice, and brought him into a cloud. And He gave him commandment before His face, and a law of life and instruction.

(In Paschal time, the Gradual and Tract are replaced by the Greater Alleluia.)

Lord, Thou has prevented him with blessings of sweetness: Thou hast set on his head a crown of precious stones. He asked life of Thee, and Thou hast given him length of days for ever and ever.

Blessed is the man that fears the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remains for ever and ever.

Alleluia, alleluia. The Lord loved him, and adorned him; He clothed him with a robe of glory. Alleluia. The just shall spring as the lily; and shall flourish for ever before the Lord. Alleluia.

When Mary the mother of Jesus was espoused to Joseph, before they came together, she was found with child of the Holy Ghost. Whereupon Joseph her husband, being a just man

vóluit occúlte dimíttere eam. Hæc autem eo cogitánte, ecce, Ángelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens: Joseph, fili David, noli timére accípere Maríam cóniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem fílium, et vocábis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum fáciet pópulum suum a peccátis eórum.

#### **OFFERTORY Psalms 88: 25**

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. (in Paschal time: Allelúja.)

#### **SECRET**

Débitum tibi, Dómine, nostræ réddimus servitútis, supplíciter exorántes: ut, suffrágiis beáti Joseph, Sponsi Genetrícis Fílii tui Jesu Christi, Dómini nostri, in nobis tua múnera tueáris, ob cujus venerándam festivitátem laudis tibi hóstias immolámus. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

## Lenten Feria: Tuesday of 5th week

Hóstias tibi, Dómine, deférimus immolándas: quæ temporálem consolatiónem signíficent; ut promíssa non desperémus ætérna. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

## PREFACE OF ST. JOSEPH

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in Veneratióne beáti Joseph débitis magnificáre præcóniis, benedícere et

and not willing publicly to expose her, was minded to put her away privately. But while he thought on these things, behold the Angel of the Lord appeared to him in his sleep, saying: Joseph, son of David, fear not to take unto thee Mary thy wife: for that which is conceived in her is of the Holy Ghost. And she shall bring forth a Son, and thou shalt call His name Jesus: for He shall save His people from their sins.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted. (*in Paschal time*: Alleluia.)

We render unto Thee, O Lord, the duty of our service, humbly entreating Thee to preserve Thine own gifts within us through the prayers of blessed Joseph, Spouse of the Mother of Thy Son Jesus Christ our Lord, on whose holy festival we offer to Thee this sacrifice of praise. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We bring Thee, O Lord, to be immolated, the victims which signify the comforts of this life, that we may not despair of the eternal promises. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: and that we should with due praise magnify, bless, and